



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Davidis Regii Prophetae Psalterivm**

**Moritz <Hessen, Landgraf>**

**Smalcaldiae, 1593**

**VD16 B 3258**

Psalmvs XXXIII. Exultate iusti in Domino, &c.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68864](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68864)

*Hicce meis oculis te recto intramite ducam:*

*Omnia ut ex nutu stentq; cadantq; meo.*

*Cur mulis fieri similes stupidisq; caballis*

*Vultis, ut os vestrum dur alupata doment?*

*Impius ut pœnas cumulat sibi, sic pietatis*

*Gaudia cultorem non peritura manent.*

*In Domino exultet gens & sit lata piorum,*

*Concinat hymnis sonis dulce melosq; modis.*

### PSALMVS XXXIII.

*Exultate iusti in Domino, &c.*

*Gaudete iusti, laudibus*

*Decentibus pii: Deum,*

*Ornate grato pectore,*

*Referre grates discite,*

*Huic instrumenta Musica*

*Canant sonora carmina,*

*Huic canticum fundant nouum,*

*Psalteriorum iubila.*

*Jehouæ agamus gratias,*

*Huiusq; sermo rectus est,*

*Promissa nec cœlestia*

*Incœta, sed fidelia*

H 3

Sunt,

Sunt, aequitatem diligit  
Pater benignus: arbiter  
Clementia terram replens.  
Verbo Dei sunt conditi  
Cælestium orbium poli,  
Orbesq; lucidi aetheris,  
Et spiritu oris illius  
Creatus est exercitus  
Cæli, serenis noctibus  
Micans nitensq; splendide.  
Deus sonoras congregans  
In utre ceu clausas maris  
Aquas, reponit in suis  
Reconditis cubilibus,  
Firmatq; certis terminis  
Circundatis aquor fluens.  
Hunc maximus timens Deum,  
Orbis colat, mortalibus  
Terra incolis pauentibus  
Ad Numinis vocem sui.  
Quæ præcipit cæli potens  
Hic conditor, seruanda sunt.  
Laudent eum gentes pia,

Quæcun-

Quaecunq; vult, vocat, iubet,  
Idemq; mutat dissipans.  
Consulta qua sunt, gentium  
In publicis congressibus,  
Et cogitata callide  
Infringit, ut sint irrita.  
Veri statuta sed Dei  
In sempiternum permanent,  
Duratq; cogitatio  
Diuina seclis omnibus.  
Beatus ille cætus est,  
Solum Deum qui diligit.  
Beata gens mortalium,  
Hoc unicum numen colens.  
Celsoparens ab æthere  
Observat orbis incolas.  
Et è throno suo Deus  
Mentes regit mortalium,  
Scrutatur acta fortium.  
Non fortitudo brachii  
Regis potentis adiuuat,  
Nec saua moles corporis  
Iuuat gigantes efferos.

Nec

Nec ponderosa vastitas  
Truces Cyclopes liberat.  
Qui fortibus fidunt equis,  
Dant terga, risus hostibus.  
Sed qui Jehouam maximum  
Piis colunt honoribus,  
Hos adiuuat potentia,  
Hos fortitudo brachii  
Dei potentis liberat:  
Hos morte saua subtrahit  
Verbi Dei redemptio:  
Fame hos vesana liberat  
Diuina prouidentia.  
Expectat ipsum sedulo  
Mens nostra & unicum expetit.  
Adiutor ipse noster est,  
Hic umbo nostri pectoris,  
In hoc Deo gaudet meum  
Cor, atq; latum iubilat.  
Huius Jehouæ in nomine  
Promissionum, quas dedit,  
Salute tua Deus

Et

*Et gratia complectere: ut  
Spes nostra te uno nititur.*

PSALMVS XXXIII.

Benedicam Domino in omni &c.

**P**erpetuis Dominum celebrabo laudibus, omni  
Tempore materia est carminis ille mei.

Mens mea lata canet, nec vox benefacta silebit  
Ipsius, ut misericordia certa feram.

Nunc Domini tecum vos tollite nomine ad astra,  
Dulcibus hoc hymnis pradicet omnis homo.

Anxius hunc quando quesui, exaudiit astans,  
Corde mihi eripiens è puitante metum.

Ipsius auxilium quicunq; implorat, habebit:  
Ioua solet misericordia ferre rogatus opem.

Ecce meas licet oppressi lacrymasq; precesq;  
Respiciens, cunctis me eruit ipse malis.

Angelus en Domini sanctos defendit ab hoste,  
Nec sinit ille pios dura subire iuga.

Cernite gustantes, bonitas sit quanta Iehoua,  
Felix, qui scit ab hac se bonitate tegi.

Vos colite ergo Patrem rerum, sancti q; timete,  
Nam bona res nunquam deficit uilla pios.

I Esuriant